UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Zehen-Tägige Erspieglung Oder Ernewerung deß Geists

Schott, Marianus

Costantz, 1688

Approbatio Theologica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38172

Visual Library

Facultas Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Domini Abbatis.

NOS AVGVSTINVS DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas Monaſterij Einſidlenſis & S. R. Imper: Princeps. Facultatem damus dilecto nobis in Chriſto Conventuali noſtro P. Mariano Schott, ut opuſculum ſuum, cujus titulus. Zehen tägige Erſpieglung à duobus Theologis noſtris recognitum, & approbatum, in publicum edi faciat.

Ex Monaſterio noſtro Einſidlenſi, die 29. Menſis Decemb. 1675.

APPROBATIO THEOLOGICA.

Libellum meditationum, qui inſcribitur, Zehen tägige Erſpieglung, *ab Adm. R. P. ac D. Mariano Schott Theologo conſcriptum, quanta potui diligentiâ attentione, & intentione animi perlegi, ſuſpexi in eo ſacratiora vitæ perfectioris arcana miro ordine & facilitate deligi & ex SS. Patribus dilucidari ita ut quaſi Aquila illa grandis in Ezechiele cedri myſticæ medullam tuliſſe videatur. Cum non orthodoxè minus quàm piè ad ſpiritum Benedictinum per omnia ſcriptus ſit, dignum judicavi ut in lucem publicam prodeat in quo quilibet quaſi in ſpeculo vultum nativitatis ſuæ interioris & cordis intueri poſſit.*

Münſterlingæ, 6. Nov. 1675.

P. Eberhardus Oblim. Einſidlenſis Theologus, & p. t. Parochus Münſterlingæ.

Librum cujus inſcriptio eſt (Zehen Tägige Erſpieglung) ab Adm. R. D. P. MARIANO SCHOTT in Mariano Eremo compilatum perlegi, nihilque in eo dogmatibus orthodoxæ fidei contrarium notavi, verum hunc eruditè conſcriptum, doctrina ſimul, ac pietate antiquorum Patrum mire refertum, & Spiritu Benedictino plenum reperi. Quem proinde Chriſtiano homini ad internam innovationem animi accomodatiſſimum cenſeo præloque dignum indignus judico.

Feſſiconæ die S. Adelrici. 28. Sept. 1675.

P. CAROLVS LVSIVS Einſidlenſ. p. t. Curatus Frienbacenſis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN